BANQUE COMMUNE D'EPREUVES

Concepteur : ESSEC

CONCOURS D'ADMISSION DE 2006

CODE EPREUVE :
76 LA
CCIP_LV2

OPTIONS :

SCIENTIFIQUE, ECONOMIQUE, LETTRES & SCIENCES-HUMAINES, TECHNOLOGIQUE

DEUXIEME LANGUE

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

Vendredi 5 Mai 2006, à 14 heures

N.B. : L'utilisation de toute calculatrice et de tout matériel électronique est interdite, seul document autorisé : un dictionnaire latin-français BORNECQUE, GOELZER ou QUICHERAT.

BCE

BANQUE COMMUNE D'EPREUVES

CONCOURS D'ADMISSION DE 2006

Concepteur : ESSEC

OPTION LETTRES ET SCIENCES HUMAINES

DEUXIEME LANGUE

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

Vendredi 5 mai de 14h à 17h

La véritable immortalité

Cum Idomeneo (1) scriberet et illum a uita speciosa ad fidelem stabilemque gloriam reuocaret, regiae tunc potentiae ministrum et magna tractantem : « Si gloria, inquit, tangeris, notiorem te epistulae meae facient quam omnia ista, quae colis et propter quae coleris. » Numquid ergo mentitus est ? Quis Idomenea nosset, nisi Epicurus illum litteris suis incidisset ? Omnes illos megistanas et satrapas et regem ipsum, ex quo Idomenei titulus petebatur, obliuio alta suppressit. Nomen Attici perire Ciceronis epistulae non sinunt : nihil illi profuisset gener Agrippa et Tiberius progener et Drusus Caesar pronepos ; inter tam magna nomina taceretur, nisi sibi Cicero illum adplicuisset. Profunda supra nos altitudo temporis ueniet, pauca ingenia caput exerent et in idem quandoque silentium abitura obliuioni resistent ac se diu uindicabunt. Quod Epicurus amico suo potuit promittere, hoc tibi promitto, Lucili : habebo apud posteros gratiam, possum mecum duratura nomina educere. Vergilius noster duobus (2) memoriam aeternam promisit et praestat :

Fortunati ambo : siquid mea carmina possunt,
nulla dies umquam memori uos eximet aeuo,
dum domus Aeneae Capitoli immobile saxum
accolet imperiumque pater Romanus (3) habebit.

SÉNÈQUE

(1) *Idomeneo* Idoménée, beau-frère d'Epicure. Sa correspondance avec Epicure, que Sénèque cite souvent, est perdue.
(2) *duobus* Les deux amis légendaires Nisus et Euryale
(3) *pater Romanus* patres Romani

* RAPPEL : L'utilisation de toute calculatrice et de tout matériel électronique est interdite.
* Seul document autorisé : un dictionnaire latin-français BORNECQUE, GAFFIOT, GOELZER ou QUICHERAT.